

sive et nimio fluidi cujusdam fluxu, sive et eorum accelerato cursu eum infestantem (x): in his eam mitigare utique soleo (§. 30.), ac nonnumquam torpefacere, expellens antea omne id quod haec efficit, vel etiam majorem medelae partem naturae committens, ubi efficienti id movere impossibile fit. Vel et concitare, quantum possibile, novi resolutam eam et relaxatam (§. 30.) (y); quam et torpescente ad celerem expulsionem causae morbificae saepius excito (z).

§. 35. Is igitur, qui *omnia ea quae* secundum natu-
ram sunt, tali modo indagat, atque ea quae in
morbis obveniunt recte explorat, sicque aegrotan-
tes aggreditur, cur multis et variis medicamentis
opus habeat, frequentibusque remediis et superva-
caneis certe? cum ei possibile sit, victu et paucissi-
mis medicamentis, attamen opportune adhibitis, at-
que ad causae praeparatae et concoctae eliminatio-
nen idoneis (§. 31.), seu utilibus, morbum et tu-
to et cito mederi.

G

Cau-

x) Boerh. ib. §. 98. seq. (y) id. ib. §. 1057. seq. (z) Home ib. L.
I. p. III. sect. I. 8